

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dialogorum sacrorum Libri Quatuor

Châteillon, Sébastien

Basileae, 1565

Thomas

urn:nbn:de:bsz:31-102436

facis. 1. Eho an non ita scriptum extat in uestris
literis: Ego uos deos appellauit? Si dii appellati sunt
illi ad quos Dei sermo habitus est, quod scriptum
rescindi non potest: me, quem pater consecrauit, &
in hunc terrarum orbem misit, uos impium dicitis. si
dixi me Dei esse filium? Si patre digna non praesto,
mibi ne credite: sin etiam; si non mihi, at factis credi
te & tandem cognoscite & patrem in me, & me in
patre esse. 1. Enimvero ista iam non sunt ferenda:
inijciamus ei manus, quid stamus? Pape, ubi est: nus-
quam est: ubi est? euasit in auram, praestigiator. at
non semper euadet: tenebitur aliquando.

SENTENTIA.

Quae non intelligunt, damnant imperiti. Ho-
micidia sua religionis nomine praetexunt si-
mulatores. Vera dicta habet mundus pro im-
pijs.

THOMAS. Ioan. 11.

ARGVMENTVM.

Iesus discipulos suos se comitari iubet eun-
tem ad Lazarum in uitam reuocandum.

Iesus, Discipuli, Thomas.

Abeamus iterum in Iudaeam. D. Magister,
modo te uolebant lapidare Iudaei, & eod-
em redis? 1. Diei horae sunt duodecim. Qui inter-
diu iter facit, non offendit: utitur enim communi
haec luce. Qui autem noctu, offendit: caret enim
lumine.

non potest
esse uerū.
Qui nec
rbis nec fa-
s credunt,
persuade-
re potest.

lumine. Tam ue-
nit: cum ego
muit: saluus est
mortuus est, id
ut rei fidem ad-
ibi. Sed eamus a
cum eo.

Christo m
quam homi
somnia est.

L A

A

Iesus Laz

M

Cum esset
aduentu
nam procedo.
& saluabo. O
ter non fuisset
quicquid a Deo
Deum: sed si-ate
natum, cum
simo die. 1. Eg
hi confidentes
uini nunquam

lumine. iam uerò Lazarus ille noster amicus obdormiuit: eum ego eo expergefactum. D. At si obdormiuit: saluus est. I. Planius dicendum est: Lazarus mortuus est, id quod equidem a uestra causa gaudeo, ut rei fidem adiungatis, cum sciatís me non affuisse ibi. Sed eamus ad eum. T. Eamus & nos, morituri cum eo.

quia magis mihi creditis eum suum tantum, qui credidisset sananti quod fecisset ante eius obitum ibi a fuisse.

SENTENTIA.

Christo mortuum excitare tam facile est, quam homini dormientem. Christo mors somnus est.

LAZARVS. Ioan. 11.

ARGVMENTVM.

Iesus Lazarum in uitam suscitauit.

Martha, Iesus, Maria,
Iudæi.

Cum essem domi, allatus est mihi nuncius, aduenturum Iesum. Itaque ei extra uicium obuiam procedo. Sed eum aduenturum uideo. adibam & salutabo. O Domine, si adfuisses hic, meus frater non fuisset mortuus. Sed nunc etiam scio, te, quicquid à Deo petiueris, impetraturum esse. I. Reuiviscet frater tuus. MARTHA. Scio ego reuivisciturum, cum reuiviscant homines in illo nouissimo die. I. Ego sum resurrectio & uita, ita ut mihi confidentes omnes & mortui sint reuiviscituri, & uiui nunquam sint morituri. *Credis hoc?*

MAR. a si mortui fuerint suscitabuntur.

Etiam